

quàm avibus scopulis alligatis; quin
 Alcalia hæc per Ignem producta v. g.
 Tartari, adeò fixa reddita sunt, ut le-
 ni Igne planè non moveantur, vehe-
 mentiori Ignis gradu liqueſcant, &
 cum pluribus terræ particulis conjun-
 cta, extremo Ignis gradu in vitrum
 tranſeant. Cinnabari Antimonii vel
 etiam Mercurio vivo, ſi Sal Tartari fi-
 xum admiscueris, Mercurius omnis
 licet corpus graviffimum per retor-
 tam tranſibit, Sal Tartari verò propter
 terram ſuam in fundo vaſis reſidebit.
 Ex quo patet, Alcalia & præcipuè Tar-
 tari fixa, corpora diſſolvenda propter
 terræ colliquationem non ritè ac ferè
 omninò non penetrare, neque etiam
 intimiora morborum ſemina exter-
 minare poſſe. Quare plurimi in eò
 multum operæ ac temporis conſuin-
 ſerunt, ut Sal Tartari fixum volatile
 redderent,* præcipuè cum ex celebri-
 ribus Philoſophis audiviſſent, labo-
 randum eſſe, ut ſi Liquoris Alcaheſt
 participes fieri nequeamus, ſaltem Sal

B

Tar-

* Helmont. c. 15. de febr. §. 25.